p. II. II, 3, 17 : *ἐπεὶ δὲ ἀποθνησκόντων πολλῶν καὶ ἀδίκως πολλοὶ δῆλοι ἦσαν συνιστάμενοί τε καὶ θαυμάζοντες κτλ.*; 4, 26; 29. III, 1, 14; 15; 17; 2, 31. IV, 3, 21; 4, 12 : *πάντας πάντα ὑπηρετοῦντας κτλ.*; 5, 2 (2). V, 1, 9.

p. III. VI, 5, 52. VII, 4, 37; 5, 26 : *ὥστε ἀμφότεροι μὲν τρόπαιον . . . ἐστήσαντο . . ., νεκροὺς δὲ ἀμφό-*

τεροι μὲν . . . ὑποσπόνδους ἀπέδοσαν, ἀμφότεροι δὲ . . . ὑποσπόνδους ἀπελάμβανον.

3. *Asyndeton.*

Anab. II, 6, 26 : *οὕτω Μένων ἠγάλλετο τῷ ἐξαπατᾶν δύνασθαι, τῷ πλάσασθαι ψευδῆ, τῷ φίλους διαγελᾶν.* III, 1, 3; 4, 31. IV, 4, 9; 5, 25; 31. V, 2, 14 : *καὶ τὰ βέλη ὁμοῦ ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι*; 3, 9. VI, 6, 1.

Cyrop. III, 3, 59 (3) : *ἅμα πορευόμενοι οἱ ὁμότιμοι φαιδροί, πεπαιδευμένοι . . ., ὀνομάζοντες παραστάτας, ἐπιστάτας . . . ἦν δὲ μεστὸν τὸ στράτευμα τῷ Κύρῳ προθυμίας, φιλοτιμίας, ῥώμης, θάρρους, παρακελευσμοῦ, σωφροσύνης, πειθοῖς.* VII, 1, 38; 40. VIII, 2, 6 (2).

Hellenicorum p. I nullum invenitur.

p. II. II, 4, 33 : *ἠκόντιζον, ἔβαλλον, ἐτόξευον, ἐσφενδόνων.* IV, 3, 19; 4, 12 (2): *τὸ γὰρ ἐγχειρισθῆναι αὐτοῖς πολεμίων πλῆθος πεφοβημένον, ἐκπεπληγμένον κτλ.*; f : *σωροὺς σίτου, ξύλων, λίθων.*

p. III. VII, 1, 25 : *οὐ νύξ, οὐ χειμών, οὐ μῆκος ὁδοῦ, οὐκ ὄρη δύσβατα ἀπεκώλυεν αὐτούς*; 5, 12 : *ἐνταῦθα δὴ οἱ πῦρ πνέοντες, οἱ νενικηκότες τοὺς Λακεδαιμονίους, οἱ τῷ παντὶ πλέονες κτλ.*

4. *Polysyndeton.*

Anab. I, 2, 16; 22 : *πολὺ δὲ καὶ σήσαμον καὶ μελίνην καὶ κέγχρον καὶ πυροὺς καὶ κριθὰς φέρει*; 27; 9, 12. III, 1, 4; 4, 49. IV, 8, 28. V, 3, 11. VII, 3, 7; 22; 4, 6; 5, 27 : *ἀλλ' ἐπεὶ ὑπηντίαζεν ἡ φάλαγξ . . . καὶ ἅμα ἡ σάλπιγξ ἐφθέγξατο καὶ ἐπαιάνιζον καὶ μετὰ ταῦτα ἠλάλαζον καὶ ἅμα τὰ δόρατα καθίεσαν κτλ.* VII, 4, 5; 8, 22; 23.

Cyrop. I, 2, 1; 6; 12 : *ἐν ᾗ δ' ἂν τῶν φυλῶν πλεῖστοι ὦσι δαημονέστατοι καὶ ἀνδρικώτατοι καὶ εὐπιστότατοι κτλ.*; 4, 7 (2); 25 f; 5, 1; 3. II, 1, 29; 31. III, 1, 4; 11; 57; 67. IV, 2, 14; 4, 4. V, 2, 7; 3, 47; 5, 5. VI, 1, 25 :

πολλὰ τάλαντα χρυσίου καὶ ἀργυρίου ἄγων καὶ ἄλλα κτήματα καὶ κόσμον παντοδαπόν; 47; 2, 4; 10; 4, 2. VII, 5, 14; 59. VIII, 1, 9; 36; 37; 39 : τούτους καὶ δώροις καὶ ἀρχαῖς καὶ ἕδραις καὶ πάσαις τιμαῖς ἐγέραιρεν; 2, 9; 24; 3, 5; 6, 15; 8, 20.

Hellenicorum p. I. I, 1, 30 : μάλιστα ἐπόθησαν τήν τε ἐπιμέλειαν καὶ προθυμίαν καὶ κοινότητα. II, 2, 3.

p. II. III, 2, 17 : ὅσοι δὲ ἦσαν ἀπὸ Πριήνης τε καὶ Ἀχιλλείου καὶ ἀπὸ νήσων καὶ τῶν Ἰωνικῶν πόλεων κτλ.; 4, 17. IV, 5, 5; 6, 6.

p. III. VI, 2, 1 : αὐτοὶ δὲ ἀποκναιόμενοι καὶ χρημάτων εἰσφοραῖς καὶ λῃστείαις ἐξ Αἰγίνης καὶ φυλακαῖς τῆς χώρας ἐπεθύμησαν κτλ.; 5, 26. VII, 5, 18; 27.

5. *Erotema.*

Anab. nullum invenitur.

Cyrop. VIII, 2, 8 (3) : τίνι μὲν γὰρ φίλοι πλουσιώτεροι ὄντες φανεροὶ ἢ Περσῶν βασιλεῖ; τίς δὲ κοσμῶν κάλλιον φαίνεται στολαῖς τοὺς περὶ αὐτὸν ἢ βασιλεύς; τίνος δὲ δῶρα γιγνώσκεται ὥσπερ ἔνια τῶν βασιλέως κτλ.; 9 (3); 8, 20 : τά γε μὴν πολεμικὰ πῶς οὐκ εἰκότως νῦν τῷ παντὶ χείρους ἢ πρόσθεν εἰσίν;

Hellenicorum p. I nullum invenitur.

p. II. III, 4, 18: ὅπου γὰρ ἄνδρες θεοὺς μὲν σέβοιντο . . ., πῶς οὐκ εἰκὸς ἐνταῦθα πάντα μεστὰ ἐλπίδων ἀγαθῶν εἶναι; IV, 4, 12.

p. III. VI, 5, 52 : τὸ δὲ πολλούς τε προσάγειν καὶ ἥττονας τῶν ἐναντίων πῶς οὐ πολλὴ ἀφροσύνη; VII, 2, 16; 5, 16 : ἐνταῦθα δὴ τούτων αὖ τὴν ἀρετὴν τίς οὐκ ἂν ἀγασθείη;

6. *Climax.*

Anab. III, 1, 2 : ἐννοούμενοι μὲν ὅτι ἐπὶ ταῖς βασιλέως θύραις ἦσαν, κύκλῳ δὲ αὐτοῖς πάντῃ πολλὰ καὶ ἔθνη καὶ πόλεις πολέμιαι ἦσαν, ἀγορὰν δὲ οὐδεὶς ἔτι

παρέξειν ἔμελλεν, ἀπεῖχον δὲ τῆς Ἑλλάδος οὐ μεῖον ἢ μύρια στάδια κτλ. VII, 5, 27 (cf. polysynd.).

Cyrop. III, 3, 27 : ἔργον μὲν νυκτὸς λῦσαι ἵππους, ἔργον δὲ χαλινῶσαι, ἔργον δὲ ἐπισάξαι, ἔργον δὲ θωρακίσασθαι κτλ.; 59. VII, 4, 16. VIII, 1, 14; 22 : ὅτι καὶ τάττειν ἱκανός ἐστι καὶ ὁρᾶν τὸν ἀτακτοῦντα καὶ κολάζειν; 2, 7.

Hellenicorum p. I nulla invenitur.

p. II. IV, 3, 19 : ἐωθοῦντο, ἐμάχοντο, ἀπέκτεινον, ἀπέθνῃσκον. V, 1, 9* (Hartman, l. l. p. 363).

p. III. VI, 4, 28 : μέγας μὲν ἦν καὶ διὰ τὸ . . . ' ἔτι δὲ μείζων καὶ διὰ τὸ συμμάχους . . . μέγιστος δ' ἦν τῶν καθ' αὑτὸν τῷ . . . εἶναι. VII, 2, 2; 5, 22.

II.

Iam primum figuras Anabasis et Cyropaediae cum Hellenicorum figuris comparabo, deinde exponam, quid ex earum usu colligi posse mihi videatur. Incipiamus igitur a figuris orationum.

Atque antitheton in orationibus et Anabasis et Cyropaediae et Hellenicorum frequentissime legi hac tabula docetur :

Anabasis	52	paginae [11])	93	antitheta
Cyropaedia	127	„	159	„
Hell. I	$5^1/_2$	„	19	„
Hell. II	19	„	76	„
Hell. III	20	„	55	„

Videmus antitheti usum in omnibus Hellenicorum partibus frequentiorem esse quam in Anabasi et Cyropaedia. Hoc antithetis singularum orationum confirmatur. Exempli

[11]) Summas paginarum secundum Sauppii editionem stereotypam addidi.

gratia comparo eas orationes iudiciales, quae eundem fere ambitum habent :

Anab.	V, 7, 5—33	2 3/4	pag.	7	antitheta
	8, 3—26	2 1/2	„	4	„
Cyrop.	V, 5, 8—36	4 2/3	„	5	„
Hell. I	I, 7, 16—33	2 2/3	„	9	„
Hell. II	II, 3, 24—34	2	„	11	„
	35—49	2 3/4	„	5	„
Hell. III	VII, 3, 7—11	1 1/2	„	4	„

Secundum hanc tabellam orationes iudiciales primae et alterius partis Hellenicorum frequentia antithetorum inter ceteros libros eminent. Quid ergo? In angustum eas coactas esse non posse demonstratur? Minime vero. Nam Graeci homines, cum sententias particulis *μέν* — *δέ* inter se coniungere solent, saepissime antitheton usurpant. Ita fieri potest, ut antitheta etiam in libro in angustum coacto frequentius inveniantur. Quae non arti scriptoris debentur, sed fortuito oriri solent. In quo genere plurima eorum antithetorum numero, quae cum aliis figuris coniuncta non sunt. Quamobrem tantum eorum, quae cum aliis figuris coniuncta sunt, rationem habendam esse censeo. Exhibeo igitur hanc tabellam :

		antitheta sola	c. al. fig. coni.
Anab.	V, 7, 5—33	5	2 c. p. ch.
	8, 3—26	3	1 c. p. h.
Cyrop.	V, 5, 8—36	3	1 c. p. h. 1 c. h.
Hell. I	I, 7, 16—33	8	1 c. p.
Hell. II	II, 3, 24—34	6	1 c. p. h. 4 c. p.
	35—49	3	2 c. p.
Hell. III	VII, 3, 7—11	3	1 c. p.

Ecce, quae ratio nunc inter eas orationes intercedat. Primae Hellenicorum partis oratio frequentissime exhibet antitheton solum, rarissime cum aliis figuris coniunctum, plurima vero antitheta cum duabus figuris coniuncta leguntur in altera Anabasis oratione (V, 7, 5—33), qua nil om-

nino elegantius Xenophontem scripsisse Hartman recte iudicat (l. l. p. 17). Quod genus antitheti etiam in prima et tertia parte Hellenicorum exstare his tabulis docetur, quibus quotiens omnes orationes Anabasis, Cyropaediae, Hellenicorum antitheton cum aliis figuris coniunctum exhibeant demonstratur.

antitheta cum singulis figuris coniuncta

Anabasis	16 c. p.	4 c. h.	2 c. ch.
Cyropaedia	29 c. p.	5 c. h.	2 c. ch.
Hell. I	2 c. p.		
Hell. II	15 c. p.	1 c. h.	
Hell. III	9 c. p.		

antitheta cum binis figuris coniuncta

Anabasis	9 c. p. h.	2 c. p. ch.
Cyropaedia	12 c. p. h.	
Hell. I		1 c. p. ch.
Hell. II	3 c. p. h.	
Hell. III	8 c. p. h.	

Haec igitur ratio inter antitheta intercedit, sive sola sive cum aliis figuris coniuncta :

	antitheta sola	coniuncta
Anabasis	60	33
Cyropaedia	111	48
Hell. I	16	3
Hell. II	57	19
Hell. III	38	17.

Maximi momenti videtur quod nisi primae parti Hellenicorum nulli libro cum elegantissima illa Anabasis oratione commune est antitheton cum pariso et chiasmo coniunctum. Sed in Anabasi dedita opera quaesitum est, in prima autem parte Hellenicorum id fortuito ortum esse veri simillimum videtur (cf. p. 30). Parisi deinceps et homoeoteleuti, quae quidem cum antitheto coniuncta non sint, hic est usus :

	summae pag.	parisa	homoeoteleuta
Anabasis	52	69	23
Cyropaedia	127	147	45
Hell. I	5½	10	6
Hell. II	19	35	18
Hell. III	20	27	20

	parisa cum homoeoteleutis coniuncta
Anabasis	7
Cyropaedia	22
Hell. I	2
Hell. II	4
Hell. III	3.

Hinc apparet parisa et homoeoteleuta primae partis Hellenicorum cum frequentissima esse tum artis non expertia. Eo magis mirandum est, quod inter tot antitheta, parisa, homoeoteleuta primae partis Hellenicorum nulla figura legitur, in qua ea omnia inter se coniuncta sint. Adde hanc tabellam:

	antitheta, parisa, homoeoteleuta sola	coniuncta
Anabasis	98	40
Cyropaedia	201	70
Hell. I	25	5
Hell. II	80	23
Hell. III	54	20.

Concedes antitheta, parisa, homoeoteleuta primae partis Hellenicorum minus elaborata esse quam Anabasis et Cyropaediae, at alteram et tertiam partem in usu eorum ad maximam similitudinem eorum librorum accedere.

Luculentissime vero primae Hellenicorum partis orationes minus ornatas esse quam Anabasis et Cyropaediae usu parechesis et paronomasiae demonstratur. Ac primum quidem de parechesi disputabo. Ea aut vulgaris est, si pronominibus, efficitur velut ἕτερος ἑτέρου (Cyr. II, 1, 17); ἡμεῖς ἡμῖν (Cyr. IV, 5, 10), aut magna arte conformata,

velut *συμβουλευομένοις συνεβούλευσεν* (An. II, 1, 17); *μετ' αἰσχυνομένου αἰσχυνομένη* (Cyr. VI, 4, 6). Illius generis prima pars Hellenicorum unam, huius haec nullam, Anabasis duodecim, Cyropaedia quattuordecim, altera pars Hellenicorum tres, tertia unam praebet. Minoris momenti est, quod in tertia parte non amplius una parechesis legitur. Continetur enim tribus vocibus, quod ne in Anabasi quidem aut in Cyropaedia fit (cf. p. 13). Quare nemo mirabitur, quod paronomasia, quae maxime figurarum ornantium et artem et diligentiam scriptoris arguit, in prima parte historiae Graecae prorsus deest, cum

Anabasis	3	paronomasias
Cyropaedia	8	"
Hell. II p.	2	"
Hell. III p.	2	"

exhibeant.

In primae igitur Hellenicorum partis ornantibus figuris ea ars desideratur, quae alteri et tertiae parti cum Anabasi et Cyropaedia communis est. Eadem de causa in his libris figurae inveniuntur, quas dedita opera quaesitas esse argumentis probari possit, in illo desunt. Xenophontem enim Gorgiana oratione ex industria nonnunquam usum esse his locis mihi persuasum est :

1) Symp. II, 26 : *ἢν δὲ ἡμῖν οἱ παῖδες μικραῖς κύλιξι πυκνὰ ἐπιψακάζωσιν, ἵνα καὶ ἐγὼ ἐν Γοργιείοις ῥήμασιν εἴπω, οὕτως οὐ βιαζόμενοι ὑπὸ τοῦ οἴνου μεθύειν, ἀλλ' ἀναπειθόμενοι πρὸς τὸ παιγνιωδέστερον ἀφιξόμεθα* (antitheton cum homoeoptoto coni.).

2) Paronomasias, quae Cyrop. III, 1, 38; 17. I, 3, 17 inveniuntur (cf. p. 13), ad sophistarum rationem dicendi imitandam adhibitas esse pro explorato habeo. Prima enim exstat in oratione hominis cuiusdam, qui III, 1, 14 *σοφιστής* dicitur, quamvis pauca eum verba scriptor facientem inducat, altera admiratori eius (III, 1, 14), Tigrani, tertia Cyri magistro attributa est. Quod fortuito factum

esse non potest, cum paronomasia apud Xenophontem perraro legatur.

3) Cyrop. V, 4, 6. VIII, 7, 24 : *ἀδελφοὶ ἀδελφοῖς*. Illic parechesim vim deterrendi, hic vim conciliandi habere scriptor voluisse videtur.

4) Anab. II, 1, 17 parechesim arte quaesitam esse argumentum est initium proximae paragraphi : *ὁ δὲ Κλέαρχος ταῦτα ὑπήγετο βουλόμενος καὶ αὐτὸν τὸν παρὰ βασιλέως πρεσβεύοντα συμβουλεῦσαι.* *ταῦτα* enim non solum ad sententiam, sed etiam ad verba referendum esse mihi videtur.

5) Anab. V, 7, 6 Xenophon, ut demonstret quam absurda sint crimina adversariorum, qui se Phasim exercitum reducere velle accusent, antitheto cum chiasmo et pariso coniuncto utitur : *ἔστιν οὖν ὅστις τοῦτο ἂν δύναιτο ὑμᾶς ἐξαπατῆσαι ὡς ἥλιος ἔνθεν μὲν ἀνίσχει, δύεται δὲ ἐνταῦθα, ἔνθα δὲ δύεται, ἀνίσχει δ' ἐντεῦθεν;* Quanta irrisio ea figura efficitur!

6) Hellen. III, 5, 8—15. Haec oratio figuris et ornantibus et incitantibus adeo abundat [12]), ut facere non possim, quin Xenophontem Thebanos, quo maiorem vim infirma eorum argumenta apud Athenienses haberent, non res simpliciter explicantes, sed artificiis et dolis oratorum aures audientium capientes fecisse credam; cf. imprimis antitheta § 15.

7) Hell. VI, 3, 4—6; 7—9 scriptor magna sollertia ad ingenia et mores oratorum figuras, quibus utuntur, accommodavit. Calliae enim, qui *οἷος μηδὲν ἧττον ἥδεσθαι ὑφ' αὑτοῦ ἢ ὑπ' ἄλλων ἐπαινούμενος* § 3 dicitur, illa parechesis, de qua p. 28 dixi, attributa est, me quidem iudice, ut quam inani esset animo inani verborum sono demonstraretur. Toto caelo diversa Autoclis oratio est, qui *μάλα δοκῶν*

[12]) Duabus fere paginis quindecim ornantes, undecim incitantes figurae exhibentur.

ἐπιστρεφὴς εἶναι ῥήτωρ appellatur (§ 7 in.), quibus verbis eius amor veritatis significari mihi videtur. Liberrime enim coram Lacedaemoniis profiteri audet, istos, qui patrocinium pacis Antalcideae susceperint, eam ipsos saepissime rupisse. Optime igitur ei scriptor antitheta plena acerbitatis [13]) dedit, quippe quae ad illustrandam illam discrepantiam verborum et rerum aptissima viderentur.

Quibus locis satis probasse mihi videor, Blassii sententiam de usu ornantium figurarum affirmantis [14]): „Immer aber macht die sonstige Zwanglosigkeit des Stils diese Figuren als nichts Künstliches erscheinen" ita corrigendam esse, ut Xenophontem nonnunquam eis dedita opera usum esse dicamus. At rectum illius iudicium esset, si ad primam tantum partem Hellenicorum pertineret. Quamvis enim diligenter eam perscrutatus sim, nullam repperi Gorgianam figuram, quam arte quaesitam esse dicerem. Dicat quispiam eodem iure, quo Anab. V, 7, 6, Hell. I, 1, 14 antitheton cum chiasmo coniunctum consulto usurpatum putari posse. Sed illic chiasmus tam elaboratus est, ut invito scriptore eum irrepsisse vix credi possit, hic sono postulatur.

Ornantes igitur figuras primae partis Hellenicorum aliquanto minus elaboratas esse quam Anabasis et Cyropaediae, alterius vero et tertiae eandem scriptoris artem arguere satis probasse mihi videor. Eadem ex figuris incitantibus discimus. Ac primum quidem de orationibus dicam. Exhibent orationes Anabasis, Cyropaediae, alterius et tertiae partis Hellenicorum omnes incitantes figuras, cum in prima parte climax et hypophora desint. Quod mentione dignum est, cum hae rariores sint et dedita opera quaesitae esse soleant. Leguntur autem

---

[13]) § 7 m; 8 f; 9 f.
[14]) Att. Ber. II, 444.

in Anabasi	52 pag.	10 climaces	7 hypophorae	
„ Cyropaedia	127 „	6 „	8 „	
„ Hell. II p.	19 „	1 climax	3 „	
„ Hell. III p.	20 „	1 „	5 „ .	

Ex eis deinde figuris, quae primae parti Hellenicorum cum ceteris libris communes sunt, huius anaphorae et asyndeta longe minus artificiosa quam illorum sunt. Legis enim in ea nullam anaphoram, quae plus duobus membris contineatur, nullam, quae cum antitheto vel pariso vel homoeoteleuto vel asyndeto coniuncta sit. Tales autem figurae in Anabasi, Cyropaedia, altera et tertia parte Hellenicorum his locis inveniuntur.

1) *An. triplex.*

Anab. I, 3, 6; 5, 18. III, 2, 4; 4, 46. Cyrop. I, 6, 14. III, 1, 24; 3, 45; 62. IV, 1, 10. V, 4, 13; 20. VIII, 3, 40; 7, 15. Hell. II. III, 1, 25. Hell. III. VI, 2, 9.

2) *An. quadruplex.*

Anab. VII, 1, 21. Cyrop. I, 6, 45. III, 1, 16. VIII, 7, 16. Hellen. II. III, 3, 7.

3) *An. cum antitheto coniuncta.*

Anab. I, 3, 6. Cyrop. V, 3, 9 (antistr.).

4) *An. cum pariso coniuncta.*

Anab. II, 5, 9 (2). III, 1, 40; 2, 4; 19. IV, 6, 13. V, 6, 20. VI, 5, 19. VII, 6, 14; 24. Cyrop. I, 6, 6; 21. II, 4, 31. III, 1, 15; 26; 33. IV, 3, 13; 19. V, 1, 6; 2, 32; 36. Hell. II. III, 2, 7.

5) *An. cum homoeoteleuto coniuncta.*

Cyrop. I, 6, 41. V, 5, 19. Hell. III. VII, 1, 10.

6) *An. cum antith. et pariso coniuncta.*

Anab. I, 6, 9. II, 5, 20. Cyrop. IV, 3, 13.

7) *An. cum pariso et homoeot. coniuncta.*

Anab. III. 1, 37. IV, 6, 10. VII, 7, 42. Cyrop. I, 3, 18; 6, 6. IV, 3, 21. VI, 4, 17. VII, 5, 21; 74. VIII, 1, 2; 7, 16; 18. Hell. II. II, 3, 24. Hell. III. V, 2, 16.

8) *An. cum antith., par., hom. coniuncta.*

Anab. VII, 6, 36. Cyrop. I, 6, 11. V, 4, 20. VI, 2, 14. VIII, 1, 5; 4, 11; 7, 21. Hell. II. V, 1, 16. Hell. III. VI, 3, 14.

Anaphora cum asyndeto coniuncta in orationibus Anabasis, Cyropaediae, alterius partis Hellenicorum his locis [15]) legitur : An. III, 2, 4; 4, 46. VII, 1, 21. Cyrop. III, 3, 59; 62. VII, 5, 52. Hell. II. II, 4, 30. In reliquis asyndetis orationum asyndeton primae partis Hellenicorum unum membrum, omnia cetera complura membra complectuntur.

Cum reliquae incitantes figurae, quae in orationibus Anabasis, Cyropaediae, Hellenicorum inveniuntur, nullam dissimilitudinem habeant memoria dignam, ad figuras pergere licet, quibus narratio et descriptio commovetur.

Ac primum quidem tabellam exhibeo qua quotiens cuiusque libri narratio et descriptio figuris concitata sit demonstratur :

Anabasis	132	pag.	71	figurae
Cyropaedia	127	„	153	„
Hellen. I	29½	„	3	„
„ II	71	„	39	„
„ III	77	„	45	„

Hae summae inter singulas [16]) figuras ita dividuntur :

---

[15]) Quod J. A. Simon l. l. p. 28 dicit nisi Comm. III, 13, 5 anaphoram sine μέν — δέ se non invenisse, id illis locis refutatur.

[16]) Hypophora in narratione et descriptione deest.

	anaph.	anad.	asynd.	polysynd.	erot.	clim.
Anab.	18	27	9	15	—	2
Cyrop.	66	32	7	35	7	6
Hell. I	—	1	—	2	—	—
„ II	16	12	4	4	2	2
„ III	30	3	2	4	3	3.

Primae igitur Hellenicorum partis narratio et descriptio mirum quanto rarius quam Anabasis et Cyropaedia figuris et commota et variata est. Ac ne in eis quidem figuris quae ibi leguntur quidquam artis inest, cum anadiplosis (ἕτερος τῷ ἑτέρῳ παραγγέλλων) coniunctione verborum postuletur et polysyndeta languori potius quam studio scriptoris attribuenda sint. Maxime autem ad hanc sententiam eo perducor, quod per undetriginta paginas ex eis figuris, quae si in narratione et descriptione inveniuntur arte quaesitae esse solent, nulla legitur. Desunt enim asyndeta, desunt erotemata, desunt denique eae anaphorae, de quibus p. 31 dixi. Quibus figuris si narratio et descriptio concitatur, facile concludimus alias quoque, de quibus dubitari possit, consulto adhibitas esse. Tales enim etiam in Anabasi, in Cyropaedia, in altera et tertia parte Hellenicorum saepius occurrunt, at ne illas quidem deesse et pp. 22, 23 et hi loci indicant :

1) *Anaphora triplex.*

Anab. II, 6, 6; 21. IV, 7, 15. VII, 4, 22; 5, 14; 8, 15. Cyrop. I, 1, 3; 5, 5. II, 3, 19. IV, 1, 9. VI, 1, 24. VII, 1, 35; 5, 63. VIII, 2, 8; 9; 3, 17; 6, 16. Hell. II. III, 2, 10. Hell. III. VI, 2, 26.

2) *An. quadruplex.*

Cyrop. I, 1, 5; 2, 8. III, 3, 27. V, 1, 18. VIII, 2, 6. Hell. III. VII, 1, 25; 4, 27.

3) *An. quae sex membris continetur.*

Cyrop. VIII, 6, 14.

4) *An. cum pariso coni.*

Anab. I, 9, 10. Cyrop. I, 2, 16; 5, 2. II, 1, 19; 3, 19. III, 3, 70. IV, 1, 13. V, 3, 25. VI, 1, 53. VII, 1, 35. VIII, 2, 8; 5, 4; 21. Hell. II. II, 4, 25. IV, 5, 2. V, 1, 28. Hell. III. VI, 4, 35; 5, 49. VII, 1, 31; 4, 23.

5) *An. cum antitheto et homoeot. coni.*

Cyrop. VIII, 1, 19.

6) *An. cum pariso et homoeot. coni.*

Anab. II. 6, 21. Cyrop. I, 2, 11. VII, 5, 63. VIII, 3, 36; 6, 14. Hell. III. VII, 2, 2; 4, 30.

Apparet alteram et tertiam partem Hellenicorum cum Anabasi et Cyropaedia in usu earum quoque figurarum, quibus narratio et descriptio commovetur, maxima necessitudine coniunctas esse. Quin etiam alacriorem narrationem quam Anabasis habent, cum in hac erotema desit. Cuius rei haec causa fuisse videtur, quod Xenophon, si in eo libro, quem de rebus a se ipso gestis scriberet, nimis rhetorica narratione uteretur, eis minus fidei se allaturum esse sensit.

Nunc quid ex eis quae disserui colligi possit disputabo. Equidem ita sentio : Primam partem Hellenicorum in angustum coactam esse verisimilie est, quia, qualis ad nostram aetatem pervenit, figurarum usu nimium quantum ab Anabasi et Cyropaedia recedit.

Non dubito, quin hoc esse commentum ei dicturi sint, qui Roquettium sequuntur. Hic (l. l. § 11) primae Hellenicorum partis et Cynegetici genus dicendi rarissime omnium Xenophontis librorum particulis variatum esse demonstrat idque Xenophontis „arti nondum cultae atque expolitae“ dandum esse sibi persuadet. Quid ergo? etiam eae dissimilitudines, quas figurae primae partis Hellenicorum, Anabasis, Cyropaediae habent, aetati Xenophontis attribuendae sunt? Ac fuit quidem, cum ego quoque hanc

sententiam sequerer et ea, quae Roquette ex usu particularum effecisse sibi visus est, figuris confirmari putarem. Verum multa de hac re mecum reputanti primum dubitatio mihi mota est, num iuvenis Xenophontis genus dicendi figuris minus commotum fuisse quam senis verisimile esset, si quidem illi libri eis fere annis, quibus Roquette eos attribuit [17]), conscripti sunt. Xenophontem igitur, si primam partem historiae Graecae nobis traditam scripsisset, genus dicendi tam raro, quam demonstravi, figuris concitaturum fuisse mihi persuadere non possum. Sed quoniam de aetate primae partis Hellenicorum nihil constat, aut prioribus aut posterioribus annis quam Roquette attribuit eam attribuere licet. Redeamus igitur ad unum ex prioribus annis (399—396), ante quem vix scribere potuisse videtur. Ne sic quidem dubitatio tollitur, quae a genere dicendi profecta est. Considera tecum, quaeso, haec. Xenophon tum triginta [18]) fere annos natus erat. A Socrate artem disserendi didicerat. Saepius et orationes ratione Gorgiae ornatas audiverat et ipse, dum ducibus interfectis Graecis imperabat, probum oratorem se praestiterat. Num tu putas talem hominem primam partem Hellenicorum tam raro usitatis figuris ornasse vel commovisse, tam raro particulis variasse (Roquette l. l. p. 39)? Iam vero si prima pars Hellenicorum post a. 393 composita est, quod ad nos pervenit opus a Xenophonte conscriptum non esse pro certo habeo. Tunc enim quadragesimum fere annum aetatis agebat, quo eum ad summam quam potuit in dicendo perfectionem pervenisse veri simile est. Exspectamus igitur in prima parte Hellenicorum, si minus elegantiam Anabasis et Cyropaediae, at alacriorem tamen et ornatiorem orationem,

---

[17]) 393 Hellen. p. I, 371 Anabasis edita, post a. 364 Cyropaedia confecta (l. l. p. 112).

[18]) Eis enim assentior, qui compluribus locis Anabasis nisi Xenophontem circa annum 430 natum esse credunt (Roquette l. l. p. 13 sqq. Hartman l. l. p. 1 sqq.).

qualis in altera et tertia parte eiusdem operis invenitur. Quamobrem primae Hellenicorum partis incultum genus dicendi illi aetati Xenophontis atttribui non posse mihi persuasum est. Relinquitur, ut de sententiis Aem. Muelleri et Breitenbachii breviter agam, qui, cum a se impetrare non possent, ut Xenophontem primam partem Hellenicorum nobis traditam conscripsisse negarent, haec coniecerunt.

Aem. Mueller Xenophontem „commentarios ab alio quodam ipso belli tempore diligentissime confectos" in angustum coegisse putat (De Xenophontis historiae parte priore Lips. 1856, p. 5). Cui sententiae ita assentior, ut primam Hellenicorum partem in epitomen coactam esse credam, sed longe petitum videtur dicere, Xenophontem alius cuiusdam opus excerpsisse, cum quis ille sit ne cogitari quidem possit. Breitenbach autem sibi persuasit (ed. Hellen. Berl. 1873 t. I praef. § 104) Xenophontem historiam a Thucydide relictam ad calcem deducere conatum postremam manum non adhibuisse. At Hellenica imperfectum opus non esse ipse Xenophon in fine totius libri his verbis dilucide docet : *ἐμοὶ μὲν δὴ μέχρι τούτου γραφέσθω, τὰ δὲ μετὰ ταῦτα ἴσως ἄλλῳ μελήσει* (Hell. VII, 5, 27). Itaque ne hac quidem via quidquam proficimus, ut cuinam causae incultum genus dicendi primae partis Hellenicorum attribuendum sit satis explicemus.

Quae cum ita sint, epitomatoris, si fas est dicere, opera factum esse credo, ut primae partis Hellenicorum genus dicendi tam paucis et eis pervulgaribus particulis variaretur, ut in orationibus nullum antitheton cum pariso et homoeoteleuto coniunctum, nulla artificiosa parechesis, nulla paronomasia, nulla elaborata anaphora, nulla denique hypophora, nullae aliae nisi usitatae figurae relinquerentur, ut in narratione et descriptione omnes fere figurae evanescerent. Quorum vitiorum nonnulla etiam librariorum culpa posse facta esse non nego, praesertim cum codices Hellenicorum infimae notae sint et prima pars corruptelis abundet.

Ne tamen omnia eis tribuamus, nobis cavendum est. Intellegi enim non potest, quemadmodum cultiores figurae mutilatae evanuerint, usitatae integrae manserint. Quid epitomatori, ut ita dicam, quid librariis attribuendum videatur, duobus locis demonstrabo. I, 1, 14 Alcibiades ante proelium Cyzicenum apud milites brevissimam orationem habet, quae partim obliqua partim recta tradita est. In verbis nihil offendimus. Ac tamen Xenophon ipse saepius expertus erat, quid auctoritatis oratio imperatoris ante pugnam haberet. Quid ergo? ille in suo opere eandem quae nunc legitur orationem Alcibiadi ante tantum proelium attribuisse verisimile est? Minime vero, sed traditis verbis continetur oratio Alcibiadis in epitomen coacta. — I, 4, 13—17 quid Athenienses de Alcibiade reverso iudicent narratur. Non miramur, quod oratio obliqua usurpata est, sed in verbis saepius offendimus. Quamobrem id librarios commisisse puto.

Haec quidem hactenus de prima parte Hellenicorum. Sequor igitur Campium, Grosserum, alios, quos enumerare longum est [19]), qui quidem argumentis e rebus potissimum ductis nisi primam partem Hellenicorum in angustum coactam esse sibi persuaserint. At discedimus inde a II, 3, 11. Illis enim etiam altera et tertia pars in epitomen coactae ad nos pervenisse videntur, cum equidem eas integras esse cum plurimis viris doctis credam. Ab instituto meo abhorret argumenta enumerare, quae ad illorum sententiam refutandam ex rebus haurienda sint. Meum assensum non ferunt, quia figurae alterius et tertiae partis Hellenicorum, Anabasis, Cyropaediae tantas similitudines habent, quantae in excerpto libro minime servatae essent, nisi forte is qui in epitomen cogit figuras potissimum cum orationum tum narrationis et descriptionis dignas putat,

[19]) cf. Grosser, Z. Charakteristik d. Epitome v. Xenophons Hellenika. Barmen 1873 § 1.

quae retineantur. Cuius manum ultra secundi libri tertii capitis undecimam paragraphum grassatam non esse e figuris eorum locorum, qui primam partem subsequuntur, colligere licet. Legis enim in orationibus antitheton cum pariso et homoeoteleuto coniunctum II, 3, 33; 53, artificiosam parechesim II, 3, 29; 39; 49, paronomasiam II, 3, 47, anaphoram cum pariso et homoeoteleuto coniunctam II, 3, 24, hypophoram II, 4, 16; 40; 41, in narratione asyndeton triplex II, 4, 33.

Quae cum ita sint, ne id quidem, quod Dittrich-Fabricius[20]) sibi persuasit, defendi potest. Qui eum qui Hellenica excerpserit putat primam partem Thucydidea ratione retractasse, alteram deinceps tertiamque ita in angustum coegisse, ut nonnullis locis Xenophontis verba integra servaret. Qua ratione etiamsi bene intellegitur, quemadmodum in eis partibus eaedem fere figurae inveniantur quae in Anabasi et Cyropaedia, tamen cum non sit cur alteram et tertiam partem Hellenicorum integrum Xenophontis opus esse negemus, illius sententiam refutandam iudico.

Restat, ut dicam de similitudine, quae inter figuras alterius et tertiae partis intercedit. In quam cum intueor, nescio an uno tenore compositae sint. Tamen si quis Nitschii[21]) argumentis commotus aliter sentiat, ego non repugnabo, quia in hac re nihil pro certo explorari posse mihi videtur.

Haec fere sunt, quae ex usu figurarum Anabasis, Cyropaediae, Hellenicorum colligi posse credo. Ea magis adumbravi quam explicavi, quia hac commentatiuncula maxime demonstrare volui, quae ratio in usu figurarum inter Anabasin, Cyropaediam, Hellenica intercederet, secundo loco, quid inde colligere liceret.

---

[20]) N. Jahrb f. Phil. 93 (1866) p. 455.

[21]) Abfassung d. Hellenika. Berl. 1871. p. 1 sqq.

Sed oblatam occasionem scribendi non praetermittam, quin in fine huius commentatiunculae de his particulis a Roquettio neglectis brevissime agam, quas e Cyropaedia, Anabasi, Hellenicis collegi: *καὶ γὰρ οὖν, δῆτα, δῆθεν, δήπουθεν, τί (πότερα) δῆτα, γὲ δήπου, μὲν γὰρ δήπου, ἅτε* [22]), *οἷός τε, ὥστε, ἄλλως τε καί, ἐφ' ᾧτε*. Quae quotiens in singulis libris legantur ex tabella intellegitur, quam infra posui.

	Summae paginarum	*καὶ γὰρ οὖν*	*δῆτα*	*δῆθεν*	*δήπουθεν*	*τί (πότερα) δῆτα*	*γὲ δήπου*	*μὲν γὰρ δήπου*	*ἅτε*	*οἷός τε*	*ὥστε*	*ἄλλως τε καί*	*ἐφ' ᾧτε*
Anabasis	186	6	—	—	—	—	—	—	6	14	94	3	1
Cyropaedia	254	2	3	1	1	5	1	1	10	12	119	12	—
Hell. I p.	35½	—	—	—	—	—	—	—	—	2	1	—	—
Hell. II p.	90	—	1	—	—	—	—	1	12	3	47	3	5
Hell. III p.	97	—	—	—	—	—	—	1	14	2	56	3	2

Adde particulas, quas Roquette collegit (cf. l. l. p. 30): iam haec ratio inter particulas Anabasis, Cyropaediae, Hellenicorum intercedit. Anabasis 186 paginae 51 particulas continent, Cyropaediae 254 paginae 60, Hellenicorum denique

I p.	35½ paginae	21 particulas
II p.	90 "	44 "
III p.	97 "	49 "
II et III p.	187 "	53 "

His tabellis etiamsi non multum effici dicas, tamen id quod usu figurarum demonstrasse mihi videor, alteram et tertiam partem Hellenicorum genere dicendi ab Anabasi et Cyropaedia haud ita multum differre confirmatur.

[22]) cf. J. A. Simon l. l. p. 17. 28.

VITA.

Fridericus Otto Wissmann natus sum Darmstadii a. d. XII. Cal. Jul. a. 1862, patre Adamo, matre Maria e gente Goebel. Fidem profiteor evangelicam. Litterarum rudimentis in schola urbana Darmstadiensi institutus autumno a. 1872 in gymnasium receptus sum. Maturitatis testimonium adeptus stipendia feci. Autumno a. 1881 Gissam me contuli, ut studiis philologis me darem. Docuerunt me viri humanissimi Birch-Hirschfeldt, Braune, Clemm, Dettweiler, Oncken, Philippi, Pichler, Schiller, J. Schmidt, Schulthess, Siebeck. Seminarii philologi sodalis fui ordinarius. Iam omnibus praeceptoribus meis, imprimis Philippio et Schmidtio, gratias quam maximas ago semperque habebo.
